



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus  
Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua  
distinctus**

**Crombecius, Johannes**

**Avdomari, 1618**

Præfatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38133**

## PRÆFATIO.

**I**n ter mortales, orandi, meditandi, contemplandi  
normam vnam Moyses, exemplo, verbo,  
scriptoque nobis eximie præbuit, edidit, atque con-  
signavit. Multa ei divinitus præsidia data. Vt pate  
ex matris utero, ex aquis, ex domo Pharaonis, sin-  
gulari providentia, regendo Dei populo, utque sum-  
mi numinis interpres domesticus, & (si ita placet)  
secretarius, & ut denique amicus esset, destinatus.  
Loquebatur ei Dominus, non modo per enigmata,  
vel litteras, aut internuntium, sed sicut amicus, &  
quidem familiaris ad amicum suum. Amantissi- Deuter.  
mus Domini habitabit confidenter in eo. 33. 12.  
Quasi in thalamo, tota die morabitur, & in-  
ter humeros illius requiescat. Quid enim fre-  
quentius in eius libris, quam de recursu ad taberna-  
culum Domini auditur? Ad colloquium cum Deo  
dum vocatur, ei rubus apparet ardens, etsi incom-  
bustus, quem ut accedit, calceum è pede detrahit; ex  
animo, quidquid animale, caducum ac terrenum est,  
deponit. Ex hoc consortio admiranda producit por-  
tenta. Pharaonem cum exercitu in mari sternit:  
Amalecitas debellat; Deo irato & populum prava-  
ritatem perdere volenti, manus quodammodo li-  
gat, & brachium extentum ne percutiat, impedit.  
Quid? Quod ex conversatione cum Deo, vultu ita  
radijs collustrato apparuerit, vt populus Israëliticus  
non potuerit in eum oculos intendere? Accedit, eum  
ijs virtutibus, qua muneri tanto exercendo famu-

é

lans

NU

41

Lantur, egregie suisse praeditum. Erat enim summus  
mansuetus, atque perturbationibus, quae lucem qui-  
etemque ab animo eripiunt minime obnoxius. Pa-  
rum sane idonei ut cum Domino in tabernaculo ver-  
sentur, qui inquieti, turbati, intractabiles sunt, &  
perpetuis animi affectionibus agitantur. Moyses fa-  
mulus Domini mortalium omnium suavissimus fuit.  
Huic laudi suffragabatur singularis animi dimissio-  
nibus in Deum caritas, animus sacerdos & rectus:  
ad labores indefessus atque invictus. Plura cernere  
licebit in figura quam impräsentiarum explicandam  
enystice suscepimus. In hac Moyses quidquid de ora-  
tione dici potest, complectitur, tamque graphicè atque  
oppositè ut nihil, quod ad naturam orationis, eius  
partes, fructusque eximios spectat, pratermissa vi-  
deatur.

In tres partes rem totam dividemus. Prima con-  
tinebit ea, quae ad viam purgativam; secunda, qua  
ad illuminativam: teritia quae ad ruitivam perit-  
tent.

Hic, incipientes ad munus orationis parantur,  
proficientes progressum faciunt. Qui perfecti non  
aliquid nacti sunt, subsidij non parum ac solatij acci-  
piunt.

Quia verò singula verba amplissimam scribendi  
dicendiique copiam suppeditant, verba textus pro ti-  
zulis, aut capitibus usurpabimur: et si ampliores  
campos ad excurrendum comineant; per sectiones,  
clarioris methodi gratia, conceptus partiemur.